





9522

5

QVARTA

DISPVTATIO AB

illo loco, Nunc vero reuelat

iustitia Dei, vsq; ad ἀνάλυσιν

quæ est circa medium ca

pitis quinti.

AN. M. D. XLI.

Mense Decemb:

Francofordiæ Io: Hanaw
Impressit.

1 **I**Nitio breuiter attigit principalem propositionē, Iustitia Dei reuelatur in euangelio ex fide, & illustrauit Antithesi, Ira Dei reuelatur in lege, quā iam probata repetit principalē. Nunc absq; lege iusticia Dei reuelatur, & exponit primo, deinde confirmat.

2 Vbi diligenter obseruanda est vis distributionis in sententiā sine lege, ne somniemus Paulū tātū de cerimonijs loqui, aut Euangeliū esse nouam legē perfectiorem Mosaica per quā iustificemur, sicut Origenes, & monachi docuerunt.

3 Et ne quis obiiceret nihil recipiendum esse sine testimonio veteris scripturæ adiecit, sic Euangeliū reuelatum esse sine obseruatione legis, vt tamen habeat testimoniū a lege, & pphetis.

4 Ideo aut sine lege reuelatur iusticia Dei, quia omnes homines destituuntur
gloria

gloria apud Deum, id est, iusticia, per
legem, quia non iustificatur coram Deo
omnis caro ex operibus.

Vocat enim gloriam apud Deum ip- 5
sam iustificationem, sicut mox se expo-
nit cum inquit, Si Abraham iustifica-
tus est ex operibus, habet gloriam, sed
non apud deum.

Iustificamur igitur gratis, id est, si 6
ne nostro merito, sed non gratis simpli-
citer, quia oportebat Christum placare
iram patris, idque per suum sanguinem.

Blasphemi igitur sunt, non tantum 7
ingratissimi, qui debitum Christo pro-
prium honorem propter sui sanguinis
effusionem transferunt ad opera ma-
nuum suarum, & traditiones humanas.

Et in Deum contumeliosi sunt, qui 8
relicto hoc propitiatore, quem deus no-
bis proposuit alios querunt mediato-

D ij res

res aut intercessores.

- 9 Hic propitiator fide apprehensus non solum pro preteritis peccatis ante baptismū, sicut veteres, & noui No- uatiani docent, sed pro preexistentib: peccatis in natura corrupta ante legē & quæ impossibile erat legē expiare, satisfacit, quandoquē tandem fiant.
- 10 Propositioni iā expositæ adtextitur epiphonema Exclusa est gloria legis operū zc. Vocat aut hoc loco legem fi dei doctrinam de fide.
- 11 Subiecta est conclusio epiphone- mati λογίζομεθα, id est, concludimus iu stificarí hominem fide, ubi exclusiuam & ipsius exponentes expresse ponit.
- 12 Nam lex hic significat decalogum vt infra ex nono præcepto declarat.
- 12 Et Origenes atq; Chrysostronus ex hac sententia defendunt exclusiuam.
- Addit

Additur conclusioni hæc ratio De **14**
us tantum est deus eorū quos iustifi-
cat, & beatos facit, deus est deus gen-
tium quib: lex non est data, Igitur iu-
stificat gentes sine lege.

Ex hac ratione rursus infert Iudæ **15**
os & gentes ex æquo fide iustificari.

Conclusionem sequitur occupatio **16**
quā sepe repetit propter blasphemos
qui obijciunt doctrinā de fide abole-
re legem & bona opera.

Huic respondit per inuersionē, legē **17**
stabilimus per fidem, quandoquidem
opera sine fide nō placent Deo, & p-
pter fidem reputantur pro impletiōe
legis.

Sic fides legem stabilit vt tamē glo **18**
riam legis, & Mosi ministerium euacu-
et, sicut paulo supra, & .ij. Corinthis
iij. disputat: & bona opera sunt facien-
D iij da

da necessario, idest, propter præceptū
Dei, & tamen non est tribuenda glo-
ria iustificationis operibus.

19 Initio Quarti capituli est occupatio
in qua, obiectionem de circumcissione
Abrahæ repetit, & inuertit eo consilio
vt cum monstauerit excellentissimū
patriarcham ex præstantissimo opere
non esse iustificatum, cōuincat omnes
homines gratis per fidem iustificari,
sicut in principali ppositiōe affirmat.

20 Primū argumentū confirmationis
sic ab Augustino disponitur. Si Abra-
ham per carnis circumcissionē vel alia
opera est iustificatus, non habet glori-
am coram Deo. Sed Abraham habet
gloriam coram deo. Igitur.

21 Maiorem & minorem pbat, quia
non possumus, nec debemus iudicare
de gloria Abrahami apud deum, nisi
quatenus scriptura docet, Sed scriptu-
ra testa

ra testa

ra testatur eum esse fide iustificatum
Igitur.

Et hic manifestum est, idē esse de- 22
stitui gloria dei, vel gloria apud Deū,
& non esse iustificatum.

Secundū argumentū est. Scriptura 23
in Genesi docet, fidem esse imputatā
Abrahamo p̄ iustitia a Deo. Sed im-
possibile est fidem imputari ei pro iu-
sticia, cui debetur tanquā merces pro
opere. Igitur.

Minorem probat ex definitione im- 24
putationis. Nam imputari alicui iusti-
ciā, est ei gratis dari, sine opere ab eo
qui iustificat impiū propter fiducia
promissiōis gratiæ id est misericordiæ

Pugnant igitur hæc ex Diametro.

Iustificari fide. Iustificari p̄ opa 25
Habere imputatiuā Habere for-
iusticiā: malem iusticiam.
D iij Dari

Dari ex p̄missione gr̄æ: Deberi tā
quam mercedem.

- 26 Iustificare impiū solius Dei est pro
prium opus, maius quā creare coelum
& terrā, vt hoc loco annotauit Aug.
- 27 Tertium argumentū est confirma
tio prioris, Imputari iustitiam est ha
bere remissionem peccatorū, hoc aut
est beatum esse, id est, iustificatū, Igit̄
iustificatio non contingit propter bo
na opera vel merita.
- 28 Et hoc argumentum sicut precedēs
ductum est a definitione iustificatōis
quę hęc tria cōplectitur vt hic ex Pau
lo constat, scilicet remissionem pecca
torum, imputationem iustitiæ, & acce
ptationē ad beatitudinem.
- 29 Errāt igitur cum Aristotele qui de
fendunt iusticiā Christianā esse obe
diētiam, vel impletionem legis, & bea
titudi

titudinem iustificationis consistere in bonis operibus: & dissentiunt a Paulo in primis principiis.

Quartum argumentum proprie refutatur obiectionem de circumcissione & sacramentis, & probat nullum opus sacramentale etiam post fidem iustificare. 30

Est autem huiusmodi, Fides est imputata Abrahamo ad iustificationem, et beatitudinem ante circumcissionem, Igitur neque propter circumcissionem, neque ullum aliud sequens opus fuit iustificatus. 31

Hoc argumentum est ductum ab ordine causarum & effectuum, & ab ethimologia iustificationis, quia iustificare est ex impio iustum facere, non est testari iustificatum esse. Sacramenta autem tantum sunt σημεῖα καὶ σφραγίδες, id est signa, & sigilla iustificationis, sicut Paulus hic docet. 32

D v Quin

33 Quintū argumentū rñdet Iacobo, Abrahā est iustificatus ex immolatōe filij, quādoquidē propter eā cōtigit ei pmissio bñdictionis, & beatitudinis, sicut ex Genesi apparet. Præterea Dauid ait Beatus vir qui timet dñm. Beatus qui itelligit sup egenū & pauperē. Igit nō sola fides btificat & iustificat.

34 Rñdet Pau. p inuersionē, Promissio hereditatis nō cōtigit Abrahamo, aut ipsius semini ppter imolationē filij, v' obseruationē legis, sed ppter iustitiā fidei id pbat, syllogismo ducēti ad impossibile.

35 Si hi demū sunt heredes mundi, & vitæ eternæ qui obseruant legē, & mā data dei, inanis fuit fides Abrahe & irrita pmissio Dei, Sed impossibile est deum fallere fidem. Igitur

36 Maiorē probat duplici ratione quarū altera est in Galathis pmissionem precessisse legem scriptam triginta & quadringentis annis. Item

Itē ex Genesi constat promissionē bis
factam Abrahamo, ante immolatio-
nem filij. Igitur.

Altera hic est, Lex iram operatur & 37
ostendit nos esse reos iræ dei & eterne
mortis. Ergo nō facit heredes Dei &
vitæ eternæ. Antecedens pbat ex defi-
nitiōe παραβάσις, vbi nō est lex ibi nec
transgressio, quæ iram operatur.

Sextū argumētū. Oportet pmissio 38
nē dei de vita eterna, & fidē quæ huic
nititur certā esse. Sed si pmissio ex le-
ge pēderet vtraq; esset incerta. Igitur
non pendet ex lege, sed dat̄ κατὰ χάριν,
id est, ex gratia, & mera misericordia.

Maiorē pbat exponēs naturā fidei, 39
quod nō admittit dubitationē in reb:
ratiōi īpossibilib: sed veluti in Abrahā
πληροφορηθεῖσα, de pmissiōe p omnipo-
tentia dei, & infallibili ipsius puidētia
misericordia & fide auertit se & obsur-
descit

descit ad argumēta ratiōis nec intue-
tur suam indignitatem.

40 Estq; hic excellentissima laus fidei
qd̄ sit rerū omniū difficillima cōtra le-
gē, & ratiōnē q̄ iubent tantū ppter me-
ritū cōtingere pmissiōnē cū ip̄a, cōtra
sp̄e, in spem credat, & tribuat Deo suā
ppriā gloriā v̄itatis, miæ, & oīpotētię

41 Et tñ hęc eximia fides nō satisfacit
legi, bone deus quos affectūs paternos
habuit Abrahā ne imolaret filiū, s̄ vo-
luit deus eū hos affectus paternos ex-
periri, vt testaret̄ q̄nta esset vis amoris
q̄ ipulerit eū, vt p nobis filiū traderet.

42 Est itaq; hoc exēplū singulare supra
legē. Imo parricide fuerunt quotquot
hoc imitati sunt, etsi antea persuasice
quadā sumpta ab exēplo, filios suos di-
ris deuouissent, & duplici peccabāt p-
iurio prestando periuriū.

43 Et ne q̄stioni esset locus, qñ deus Ab-
rahamo pmisit h̄reditatē mundi, indi-

cat Paul. quib: v̄bis facta fuerit p̄mif-
fio, his nimirū, Sic erit semē tuū, q̄ tā-
tū p̄pter fidē longe ante filij imolatio-
nem sunt dicta.

In fine capituli cū applicat exēplū **44**
Abrahe ad n̄ram iustificationē refu-
tat reliquas recens inuētas calumnias
scz Abrahamū nō esse iustificatū pro-
pter fidē in Ch̄m, sed p̄pter speratam
posteritatē, Itē hoc exēplū Abrahami
nihil ad nos ptinē, q̄ndoquidē inquit
hæc scripta sunt p̄pter nos quib: fides
imputabit̄ ad iusticiā si credamus cum
Abrahamo Ch̄m esse semē illud pro-
missum, q̄ etiā traditus est p̄pter pctā
n̄ra, & resurrexit p̄pter iustificationē
n̄ram.

Principio V. cap. victa cā, & p̄bata **45**
pp̄oe infert corrolariū in quo amplifi-
cat pp̄oem a multiplicibus fidei & iu-
stificationis effectibus.

Sūt aut̄ hi affectus fidei quos enu- **46**
merat h̄re pacē, id est, recōciliationem

cū deo, hñe accessum ad deū, certū esse
de grā, id ē, misericōdia, gloriari de spe fu-
turæ glīæ, Imo glīari de pñtib: afflicti-
onib:

47 Hoz effectū hīc ordo est, Fide ac-
cipit spūsanctus, is psuadet cordi de
dilectiōe dei, erga nos, ac p̄inde inter-
p̄tat afflictiones nō esse signa iræ Dei
sed exercitia fidei hæc certitudo dile-
ctionis ὑπομονῆς opatur, dein tollerātia
p̄bationē, hæc p̄batio vel hoc exp̄imē-
tū fidei nr̄e, certo facit nos sp̄are futu-
rā glīam, ac p̄inde glīari de afflictōib:

48 Probat aut dilectiōe Dei effulam
esse ī cordib: nr̄is, p̄ Spiritūsanctū vel
spūsanctū abunde psuadere qđ De-
us nos diligit duob: argumentis.

49 Primū, euidentissimū signū dilectio-
nis est exhibitio opis, maiorē dilectio-
nē nemo hēt quam vt aiām suādet q̄s
p̄ aīcis, s̄ fides agnoscit Ch̄z, p̄ nobis
mortuū, cū adhuc impij essemus. Igit̄
est de dilectiōe dei certissima, & hēt

ifallibile pignus huius amoris ineffabil'

Hac magnitudinē amoris illustrat 50
ex collatiōe nr̄æ indignitatis, & causa
p̄ qua moriē. Estq; hęc forma argumē
ti, vt maxie aliquis p̄ iusta cā cū debet
vl̄ p̄pter insignē aliq̄ vtilitatē, aut etiā
gl̄e cupiditate icitatus, moriē vt Curci
us, Decij, Codrus, Phileni fr̄es, & s̄ les
tñ nemo p̄ hoste moriē cui vitā nō de
bet, & cū nō mouet̄ aliq̄ cupiditate aut
vtilitate. Ergo necesse hunc amorē ve
re summū, & maximū esse q̄ fecit deū
pro nobis tradere suū filiū, cum nulla
ad eum vtilitas rediret.

Alterꝝ argumentū est istud. Cū fi 51
des agnoicit̄ impios per mortē Chri
sti Deo recōciliatas esse, multo certius
statuet iustificatos, iā a Ch̄o viuento
& regnante seruari ab ira Dei.

Hoc argumentū sumptū est a mi 52
nore, minus. n. ē seruare iustū quā im
piū, & minus est regnantē, q̄ morientē
seruare.

53 Estq; hæc consolatio necessaria ijs
qui agnoscūt reliquum adhuc esse in
carne peccatum, & luctant̃ foris cū af-
flictionib: & intus in anīo cum pauori-
bus, & diffidentia, vt statuunt se iā re-
conciliatos, gratis placere, ppter Chri-
stum, sicut ante gratis per ipsum sunt
reconciliati, & in Deo p̃ Ch̃m p̃ quē
iā habent accessum in hanc gratiam
in qua perstant, & nō in se ipsis posse
gloriarī.

Hæc sunt fere omnia quæ
sunt in Pauli disputatione an-
te ἀράλυσιν,



1. Buch der Heiligen Schrift: 1. Buch der Könige

1. Buch der Könige: 1. Buch der Könige

Landesschule Grimma

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

25.8° 2079+ ✓

